IUSTUS ET MISE
RICORS DS
MORTALI
UM ACTA DIS
ponens alia concedit pro
pitius alia p(er)mittit iratus.
Atque ea quae p(er)mittit
sic tolerat, ut haec in suo
consilio usum uestiat.
Miro modo fit, ut quod
sine uoluntate di agitur.
uoluntati di contrarium
non sit. quia dum in
bonum usum mala fac
ta uestiuntur. eius con
silio militant etiam quae
eius consilio repugnant.
scriptum est. Magna o
pera dni exquisita in omnes
uoluntates eius. Sic namque

eius opera magna sunt, ut per omne quod
ab hominibus agitur eius uoluntas
exquiratur. etiam saepe inde perficitur
unde repelli putabatur. Rursum
scriptum est. dns omnia quaecumque
uoluit fecit in caelo et in terra. Un
hinc salamon ait. non est sapientia
non est prudentia non est consilium contra
dnm. Restat ergo ut in cunctis quae
agimus. uim superne uoluntatis in
quiramus. cui uidelicet cognite
debet nra actio deuote famulari
et quasi ducem sui itineris p(er)sequi
ne ei etiam nolens seruiat. si ab eius
superbiens declinat. Uitari enim uis
superni consilii nequaquam potest
sed magna sibi uirtute hanc tem
perat qui se sub eius nutibus refre
nat. eiusque sibi pondera leuigat
qui haec subiecto cordis humero uo
lens portat. DE DISPENSA
TIONE DIUINA.

Magna est omnipoten
tis di dispensatio et
plerumque contingit
ut quibus maiora bona praestat
quaedam minora subtrahat.
Ut semp(er) eorum animus habeat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0189